



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 71. Henrici IV. Regis epistola ad Papam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

San-Dionysiopoli die decimo octavo Sæcul. XVI.  
Aprilis data; observandum enim venit,  
quod Bituricensis Archiepiscopus, dum  
Regem ab hæresis crimine, & aposto-  
lia absolverat, eumque Ecclesiæ Ro-  
manæ reconciliaverat, necnon ad Sa-  
cramentorum usum admiserat, suæ for-  
mulæ verbis hæc addiderit: *Salva sa-  
cræ Sedis Apostolicæ auctoritate, ex qui-  
bus verbis omnes inferebant, quod vi  
hujus clausulæ hic Princeps adhucdum  
sumini Pontificis absolutione indigeret,*  
aut faltem opus foret, ut idem eam  
ratam haberet, cum ergo Fœderati  
huic rei vehementer insisterent, hinc  
Rex sequentem ad Papam perscripsit  
epistolam,

A.C. 1593.

§. LXXI.

*Henrici IV. Regis epistola ad Papam.*

Beatissime Pater!

„Postquam a Deo illustratus agnoveram,  
„quod Ecclesia Catholica, Aposto-  
„lica, & Romana sit vera Ecclesia ve-  
„ritatis plena, in qua sola est salus ho-  
„minum, insuper cum nunc adhuc ma-  
„gis in eadem fide, & Religione con-  
„fortatus fui per instructiones a Præ-  
„fulibus, & sacræ Facultatis Theolo-  
„gicæ Doctoribus hanc in rem con-  
„vocatis, solutaque dubia, quæ me  
„hucusque ab Ecclesia avulsum tene-  
  
Hist. Eccles. Tom. I. Z. ,bant,

Lett. Card.  
Offat. t. I.  
pag. 248.

Sæcul. XVI. „bant, hinc me huic sanctæ Ecclesiæ  
 A.C. 1593 „aggregare, atque adjuvante illo, qui  
 „benigne me ad illam vocavit, in ea  
 „vivere, & mori statui: ut ergo pio  
 „huic operi initium darem, postquam  
 „a præfatis Præfulibus juxta consue-  
 „tum morem, & solemnitates, quas hi  
 „necessarias censebant, quibusve ego  
 „me lubenter subjeci, ad hoc opus exe-  
 „quendum admisus fueram, die Do-  
 „minica vigesima quinta Julii rei divinæ  
 „intersui, measque preces aliis probo-  
 „rum Catholicorum votis velut præfatæ  
 „Ecclesiæ aggregatus junxi, firmiter sta-  
 „tuens, quod per totum vitæ meæ tem-  
 „pus in hujus Ecclesiæ unione perse-  
 „verare, necnon Sanctitati vestræ, sa-  
 „craeque Sedi debitam obedientiam, ac  
 „submissionem deferre velim, juxta  
 „exemplum meorum Prædecessorum  
 „Regum Christianissimorum: firma au-  
 „tem spe vivo, Beatissime Pater, quod  
 „Sanctitas vestra gaudium ex sancta  
 „hac actione sit perceptura, cum ea  
 „congrua sit illi loco, in quem Deo San-  
 „ctitatem vestram collocare placuit:  
 „eapropter donec solemni Legatione  
 „per Viros nobilibus, ac præclaris  
 „dotibus conspicuos luculentius meum  
 „obsequium Sanctitati vestræ præsta-  
 „re potero, interea hisce literis a  
 „me scriptis primum hoc filialis  
 „meæ

„meæ erga Sanctitatem vestram submis- Sæcul. XVI.  
 „sionis testimonium reddere volui, ei- A.C.1593.  
 „dem perdemisse supplicans, ut illas  
 „benigno obtutu dignari, atque in bo-  
 „nam partem vertere velit, prout illæ  
 „etiam ex animo sincero, affectuque  
 „pleno procedunt, ut per meas actio-  
 „nes sacram vestram benedictionem  
 „promererri valeam: eapropter, Bea-  
 „tissime Pater, Deum exoro, ut Sancti-  
 „tatem vestram diu in column pro bono  
 „regimine totius sanctæ Ecclesiæ con-  
 „servare dignetur.

„Fidelis, & addictus Filius  
 Henricus.

### §. LXXII.

*Alia Præfulum, Regiorumque Do-  
 torum epistola ad eundem  
 Papam.*

Præterea Præsules, & Doctores, qui *Offat. p.249.*

Regem Catholicæ fidei præceptis  
 imbuebant, cumque a censuris solve-  
 bant, desuper summum Pontificem cer-  
 tiorem reddiderunt, atque octavo Idi-  
 bus Augusti, seu sexta ejusdem Mensis  
 die communi omnium nomine ad eun-  
 dem Papam literas dederunt his con-  
 ceptas verbis. Beatissime Pater.

„Sub humillimo sacrorum pedum  
 „osculo nos Archiepiscopi, Episcopi,  
 Z 2 „Docto-